Pharathonites 11:32 Vri de torrente Gaas Abial Arabathites Azmoth Bauramites Eliaba Salabonites 11:33 filii Asom Gezonites Ionathan filius Sega Ararites 11:34 Ahiam filius Sachar Ararites 11:35 Eliphal filius Vr 11:36 Apher Mechurathites Ahia Phellonites 11:37 Asrai Carmelites Noorai filius Azbi 11:38 Iohel frater Nathan Mabar filius Agarai 11:39 Sellec Ammonites Noorai Berothites armiger Ioab filii Saruiae 11:40 Iras Iethreus Gareb Iethreus 11:41 Vrias Etheus Zabad filius Ooli 11:42 Adina filius Seza Rubenites princeps Rubenitarum et cum eo triginta 11:43 Hanan filius Maacha et Iosaphat Mathanites 11:44 Ozias Astharothites Semma et Iaihel filii Hotam Aroerites 11:45 Iedihel filius Samri et Ioha frater eius Thosaites 11:46 Elihel Maumites et Ieribai et Iosaia filii Elnaem et Iethma Moabites Elihel et Obed et Iasihel de Masobia

12:1 Now these are they that came to David to Ziklag, while he yet kept himself close because of Saul the son of Kish: and they were among the mighty men, helpers of the war.

12:2 They were armed with bows, and could use both the right hand and the left in hurling stones and shooting arrows out of a bow, even of Saul's brethren of Benjamin.

12:3 The chief was Ahiezer, then Joash, the sons of She-maah the Gibeonite: and Jeziel, and Pelet, the sons of Azmaveth; and Bernachah, and Jehu the Antiothite.

12:4 And Ismaiah the Gibeonite, a mighty man among the thirty, and over the thirty; and Jeremiah, and Jahaziel, and Johanan, and Josabad the Gederathite,

12:5 Eluzai, and Jerimoth, and Bealiah, and Shemariah, and Shephatiah the Haruphite,

12:6 Elkanah, and Jesiah, and Azareel, and Joezer, and Jashobeam, the Korhites,

12:7 And Joelah, and Zebadiah, the sons of Jeroham of Gedor.

12:8 And of the Gadites there separated themselves unto David into the hold to the wilderness men of might, and men of war fit for the battle, that could handle shield and buckler, whose faces were like the faces of lions, and were as swift as the roes upon the mountains;

12:9 Ezer the first, Obadiah the second, Eliab the third,

12:10 Mishmannah the fourth, Jeremiah the fifth,

12:11 Attai the sixth, Eliel the seventh,

12:12 Johanan the eighth, Elzabad the ninth,

12:13 Jeremiah the tenth, Machbanai the eleventh.

12:1 hii quoque uenerunt ad Daud in Siceleg cum adhuc fugeret Saul filium Cis qui erant fortissimi et egregii pugnatore 12:2 tendentes arcum et utraque manu fundis saxa iacientes et dirigentes sagittas de fratribus Saul ex Benjamin 12:3 princeps Ahiezer et Ioas filii Sammaa Gabathites et Iazihel et Phallet filii Azmoth et Baracha et Ieu Anathothites 12:4 Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta et super triginta Hieremias et Iezihel et Iohanan et Iezbad Gaderothites 12:5 Eluzai et Ierimuth et Baalia et Samaria et Saphatia Aruphites 12:6 Helcana et Iesia et Azrahel et Ioezer et Iesbaam de Careim 12:7 Ioeela quoque et Zabadia filii Ieroam de Gedor 12:8 sed et de Gaddi transfugerunt ad Daud cum lateret in deserto uiri robustissimi et pugnatore optimi tenentes clypeum et hastam facies eorum quasi facies leonis et ueloces quasi capreae in montibus 12:9 Ezer princeps Obdias secundus Eliab tertius 12:10 Masmana quartus Hieremias quintus 12:11 Hetthi sextus Helihel septimus 12:12 Iohanan octauus Helzebad nonus 12:13 Hieremias de-

Liber I Paralipomenon

cimus Bachannai undecimus 12:14 hii de filiis Gad principes exercitus nouissimus centum militibus praeerat et maximus mille 12:15 isti sunt qui transierunt Iordanem mense primo quando inundare consueuit super ripas suas et omnes fugauerunt qui morabantur in uallibus ad orientalem plagam et occidentalem 12:16 uenerunt autem et de Benjamin et de Iuda ad praesidium in quo morabatur Dauid 12:17 egressusque est Dauid obuiam eis et ait si pacifice uenistis ad me ut auxiliemini mihi cor meum iungatur uobis si autem insidiamini mihi pro aduersariis meis cum ego iniquitatem in manibus non habeam uideat Deus patrum nostrorum et iudicet 12:18 spiritus uero induit Amessai principem inter triginta et ait tui sumus o Dauid et tecum fili Isai pax pax tibi et pax adiutoribus tuis te enim adiuuat Deus tuus suscepit ergo eos Dauid et constituit principes turmae 12:19 porro de Manasse transfugerunt ad Dauid quando ueniebat cum Philisthim aduersum Saul ut pugnaret et non dimicauit cum eis quia inuito consilio remiserunt eum principes Philistinorum dicentes periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul 12:20 quando igitur reuersus est in Siceleg transfugerunt ad eum de Manasse Ednas et Iozabad et Iedihel et Michahel et Iozabad et Heliu et Salathi principes milium in Manasse 12:21 hii praebuerunt auxilium Dauid aduersum latrunculos omnes enim erant uiri fortissimi et facti sunt principes in exercitu 12:22 sed et per singulos dies ueniebant ad Dauid ad auxiliandum ei usque dum fieret grandis numerus quasi exercitus Dei 12:23 iste quoque est numerus principum exercitus qui uenerunt ad Dauid cum esset in Hebron ut transferrent regnum Saul ad eum iuxta uerbum Domini 12:24 filii Iuda portantes clypeum et hastam sex milia octingenti expediti ad proelium 12:25 de filiis Symeon uirorum fortissimorum ad pugnandum septem milia centum 12:26 de filiis Leui quattuor milia sescenti 12:27 Ioiada quo-

12:14 These were of the sons of Gad, captains of the host: one of the least was over an hundred, and the greatest over a thousand.

12:15 These are they that went over Jordan in the first month, when it had overflowed all his banks; and they put to flight all them of the valleys, both toward the east, and toward the west.

12:16 And there came of the children of Benjamin and Judah to the hold unto David.

12:17 And David went out to meet them, and answered and said unto them, If ye be come peaceably unto me to help me, mine heart shall be knit unto you: but if ye be come to betray me to mine enemies, seeing there is no wrong in mine hands, the God of our fathers look thereon, and rebuke it.

12:18 Then the spirit came upon Amasai, who was chief of the captains, and he said, Thine are we, David, and on thy side, thou son of Jesse: peace, peace be unto thee, and peace be to thine helpers; for thy God helpeth thee. Then David received them, and made them captains of the band.

12:19 And there fell some of Manasse to David, when he came with the Philistines against Saul to battle: but they helped them not: for the lords of the Philistines upon aduise ment sent him away, saying, He will fall to his master Saul to the jeopardy of our heads.

12:20 As he went to Ziklag, there fell to him of Manasse, Adnah, and Jozabad, and Jedaiel, and Michael, and Jozabad, and Elihu, and Zilthai, captains of the thousands that were of Manasse.

12:21 And they helped David against the band of the rovers: for they were all mighty men of valour, and were captains in the host.

12:22 For at that time day by day there came to David to help him, until it was a great host, like the host of God.

12:23 And these are the numbers of the bands that were ready armed to the war, and came to David to Hebron, to turn the kingdom of Saul to him, according to the word of the LORD.

12:24 The children of Judah that bare shield and spear were six thousand and eight hundred, ready armed to the war.

12:25 Of the children of Simeon, mighty men of valour for the war, seven thousand and one hundred.

12:26 Of the children of Levi four thousand and six hundred.

12:27 And Jehoiada was the leader of the Aaronites, and with him were three thousand and seven hundred;

Biblia Sacra Vulgata

12:28 And Zadok, a young man mighty of valour, and of his father's house twenty and two captains.

12:29 And of the children of Benjamin, the kindred of Saul, three thousand: for hitherto the greatest part of them had kept the ward of the house of Saul.

12:30 And of the children of Ephraim twenty thousand and eight hundred, mighty men of valour, famous throughout the house of their fathers.

12:31 And of the half tribe of Manasse eighteen thousand, which were expressed by name, to come and make David king.

12:32 And of the children of Issachar, which were men that had understanding of the times, to know what Israel ought to do; the heads of them were two hundred; and all their brethren were at their commandment.

12:33 Of Zebulun, such as went forth to battle, expert in war, with all instruments of war, fifty thousand, which could keep rank: they were not of double heart.

12:34 And of Naphtali a thousand captains, and with them with shield and spear thirty and seven thousand.

12:35 And of the Danites expert in war twenty and eight thousand and six hundred.

12:36 And of Asher, such as went forth to battle, expert in war, forty thousand.

12:37 And on the other side of Jordan, of the Reubenites, and the Gadites, and of the half tribe of Manasse, with all manner of instruments of war for the battle, an hundred and twenty thousand.

12:38 All these men of war, that could keep rank, came with a perfect heart to Hebron, to make David king over all Israel: and all the rest also of Israel were of one heart to make David king.

12:39 And there they were with David three days, eating and drinking: for their brethren had prepared for them.

12:40 Moreover they that were nigh them, even unto Issachar and Zebulun and Naphtali, brought bread on asses, and on camels, and on mules, and on oxen, and meat, meal, cakes of figs, and bunches of raisins, and wine, and oil, and oxen, and sheep abundantly: for there was joy in Israel.

13:1 And David consulted with the captains of thousands and hundreds, and with every leader.

13:2 And David said unto all the congregation of Israel, If it seem good unto you, and that it be of the LORD our God, let us send abroad unto our brethren every where, that are left in all the land of Israel, and with them also to the priests and Levites which are in their cities and suburbs, that they may gather themselves unto us:

que princeps de stirpe Aaron et cum eo tria milia septingenti
12:28 Sadoc etiam puer egregiae indolis et domus patris eius
principes uiginti duo 12:29 de filiis autem Benjamin fratri-
bus Saul tria milia magna enim pars eorum adhuc sequeba-
tur domum Saul 12:30 porro de filiis Ephraim uiginti milia
octingenti fortissimi robore uiri nominati in cognationibus
suis 12:31 et ex dimidia parte tribus Manasse decem et octo
milia singuli per nomina sua uenerunt ut constituerent re-
gem Dauid 12:32 de filiis quoque Isachar uiri eruditi qui no-
rant singula tempora ad praecipendum quid facere deberet
Israhel principes ducenti omnis autem reliqua tribus eorum
consilium sequebatur 12:33 porro de Zabulon qui egredie-
bantur ad proelium et stabant in acie instructi armis bellicis
quingenta milia uenerunt in auxilium non in corde duplici
12:34 et de Nepthali principes mille et cum eis instructa cly-
peo et hasta triginta septem milia 12:35 de Dan etiam prae-
parata ad proelium uiginti octo milia sescentorum 12:36 et
de Aser egredientes ad pugnam et in acie prouocantes qua-
draginta milia 12:37 trans Iordanem autem de filiis Ruben
et Gad et dimidia parte tribus Manasse instructa armis bel-
licis centum uiginti milia 12:38 omnes isti uiri bellatores et
expediti ad pugnandum corde perfecto uenerunt in Hebron
ut constituerent regem Dauid super uniuersum Israhel sed et
omnes reliqui ex Israhel uno corde erant ut rex fieret Dauid
12:39 fueruntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes
et bibentes praeparauerunt enim eis fratres sui 12:40 sed et
qui iuxta eos erant usque ad Isachar et Zabulon et Neptholim
adferebant panes in asinis et camelis et mulis et bubus ad ue-
scendum farinam palatas uuam passam uinum oleum boues
arietes ad omnem copiam gaudium quippe erat in Israhel

13:1 iniit autem consilium Dauid cum tribunis et centu-
rionibus et uniuersis principibus 13:2 et ait ad omnem coe-
tum Israhel si placet uobis et a Domino Deo nostro egredi-

Liber I Paralipomenon

tur sermo quem loquor mittamus ad fratres nostros reliquos in uniuersas regiones Israhel et ad sacerdotes et Leuitas qui habitant in suburbanis urbium ut congregentur ad nos 13:3 et reducamus arcam Dei nostri ad nos non enim requisuimus eam in diebus Saul 13:4 et respondit uniuersa multitudo ut ita fieret placuerat enim sermo omni populo 13:5 congregauit ergo Dauid cunctum Israhel a Sior Aegypti usque dum ingrediaris Emath ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim 13:6 et ascendit Dauid et omnis uir Israhel ad collem Cariathiarim quae est in Iuda ut adferrent inde arcam Dei Domini sedentis super cherubin ubi inuocatum est nomen eius 13:7 inposueruntque arcam Dei super plaustrum nouum de domo Aminadab Oza autem et fratres eius minabant plaustrum 13:8 porro Dauid et uniuersus Israhel ludabant coram Deo omni uirtute in canticis et in citharis et psalteriis et tympanis et cymbalis et tubis 13:9 cum autem peruenissent ad aream Chidon tetendit Oza manum suam ut sustentaret arcam bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam 13:10 iratus est itaque Dominus contra Ozam et percussit eum eo quod contigisset arcam et mortuus est ibi coram Deo 13:11 contristatusque Dauid eo quod diuisisset Dominus Ozam uocauit locum illum Diuisio Oza usque in praesentem diem 13:12 et timuit Deum tunc temporis dicens quomodo possum ad me introducere arcam Dei 13:13 et ob hanc causam non eam adduxit ad se hoc est in ciuitatem Dauid sed auertit in domum Obededom Getthei 13:14 mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus et benedixit Dominus domui eius et omnibus quae habebat

14:1 misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid et ligna cedrina et artifices parietum lignorumque ut aedificarent ei domum 14:2 cognouitque Dauid eo quod confirmasset eum Dominus in regem super Israhel et subleuatum esset regnum suum super populum eius Israhel 14:3 accepit quoque Da-

13:3 And let us bring again the ark of our God to us: for we enquired not at it in the days of Saul.

13:4 And all the congregation said that they would do so: for the thing was right in the eyes of all the people.

13:5 So David gathered all Israel together, from Shihor of Egypt even unto the entering of Hemath, to bring the ark of God from Kirjathjearim.

13:6 And David went up, and all Israel, to Baalah, that is, to Kirjathjearim, which belonged to Judah, to bring up thence the ark of God the LORD, that dwelleth between the cherubims, whose name is called on it.

13:7 And they carried the ark of God in a new cart out of the house of Abinadab: and Uzza and Ahio drawe the cart.

13:8 And David and all Israel played before God with all their might, and with singing, and with harps, and with psalteries, and with timbrels, and with cymbals, and with trumpets.

13:9 And when they came unto the threshingfloor of Chidon, Uzza put forth his hand to hold the ark; for the oxen stumbled.

13:10 And the anger of the LORD was kindled against Uzza, and he smote him, because he put his hand to the ark: and there he died before God.

13:11 And David was displeas'd, because the LORD had made a breach upon Uzza: wherefore that place is called Perezuzza to this day.

13:12 And David was afraid of God that day, saying, How shall I bring the ark of God home to me?

13:13 So David brought not the ark home to himself to the city of David, but carried it aside into the house of Obededom the Gittite.

13:14 And the ark of God remained with the family of Obededom in his house three months. And the LORD blessed the house of Obededom, and all that he had.

14:1 Now Hiram king of Tyre sent messengers to David, and timber of cedars, with masons and carpenters, to build him an house.

14:2 And David perceived that the LORD had confirmed him king over Israel, for his kingdom was lifted up on high, because of his people Israel.

14:3 And David took more wives at Jerusalem: and David begat more sons and daughters.

Biblia Sacra Vulgata

14:4 Now these are the names of his children which he had in Jerusalem; Shammua, and Shobab, Nathan, and Solomon,

14:5 And Ibhaz, and Elishua, and Elpalet,

14:6 And Nogah, and Nepheg, and Japhia,

14:7 And Elishama, and Beeliada, and Eliphaleth.

14:8 And when the Philistines heard that David was anointed king over all Israel, all the Philistines went up to seek David. And David heard of it, and went out against them.

14:9 And the Philistines came and spread themselves in the valley of Rephaim.

14:10 And David enquired of God, saying, Shall I go up against the Philistines? And wilt thou deliver them into mine hand? And the LORD said unto him, Go up: for I will deliver them into thine hand.

14:11 So they came up to Baalperazim; and David smote them there. Then David said, God hath broken in upon mine enemies by mine hand like the breaking forth of waters: therefore they called the name of that place Baalperazim.

14:12 And when they had left their gods there, David gave a commandment, and they were burned with fire.

14:13 And the Philistines yet again spread themselves abroad in the valley.

14:14 Therefore David enquired again of God; and God said unto him, Go not up after them; turn away from them, and come upon them over against the mulberry trees.

14:15 And it shall be, when thou shalt hear a sound of going in the tops of the mulberry trees, that then thou shalt go out to battle: for God is gone forth before thee to smite the host of the Philistines.

14:16 David therefore did as God commanded him: and they smote the host of the Philistines from Gibeon even to Gazer.

14:17 And the fame of David went out into all lands; and the LORD brought the fear of him upon all nations.

15:1 And David made him houses in the city of David, and prepared a place for the ark of God, and pitched for it a tent.

15:2 Then David said, None ought to carry the ark of God but the Levites: for them hath the LORD chosen to carry the ark of God, and to minister unto him for ever.

15:3 And David gathered all Israel together to Jerusalem, to bring up the ark of the LORD unto his place, which he had prepared for it.

15:4 And David assembled the children of Aaron, and the Levites:

uid alias uxores in Hierusalem genuitque filios et filias 14:4
et haec nomina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem Sammu
et Sobab Nathan et Salomon 14:5 Iebar et Helisu et Eli-
phaleth 14:6 Noga quoque et Napheg et Iaphiae 14:7 Eli-
sama et Baliada et Eliphaleth 14:8 audientes autem Philis-
thim eo quod unctus esset Daud in regem super uniuersum
Israhel ascenderunt omnes ut quaerent eum quod cum au-
disset Daud egressus est obuiam eis 14:9 porro Philisthim
uenientes diffusi sunt in ualle Raphaim 14:10 consuluitque
Daud Deum dicens si ascendam ad Philistheos si trades eos
in manu mea et dixit ei Dominus ascende et tradam eos in
manu tua 14:11 cumque illi ascendissent in Baalpharasim
percussit eos ibi Daud et dixit diuisit Deus inimicos meos
per manum meam sicuti diuiduntur aquae et idcirco uocatum
est nomen loci illius Baalpharasim 14:12 dereliqueruntque
ibi deos suos quos Daud iussit exuri 14:13 alia etiam uice
Philisthim inruerunt et diffusi sunt in ualle 14:14 consuluit-
que rursum Daud Deum et dixit ei Deus non ascendas post
eos recede ab eis et uenies contra illos ex aduerso pirorum
14:15 cumque audieris sonitum gradientis in cacumine piro-
rum tunc egredieris ad bellum egressus est enim Deus ante
te ut percutiat castra Philisthim 14:16 fecit ergo Daud sic-
ut praeceperat ei Deus et percussit castra Philisthinorum de
Gabaon usque Gazera 14:17 diulgatumque est nomen Da-
uid in uniuersis regionibus et Dominus dedit pauorem eius
super omnes gentes

15:1 fecit quoque sibi domos in ciuitate Daud et aedifica-
uit locum arcae Dei tetenditque ei tabernaculum 15:2 tunc
dixit Daud inlicitum est ut a quocumque portetur arca Dei
nisi a Leuitis quos elegit Dominus ad portandum eam et ad
ministrandum sibi usque in aeternum 15:3 congregauitque
uniuersum Israhel in Hierusalem ut adferretur arca Dei in lo-
cum suum quem praeparauerat ei 15:4 necnon et filios Aa-

Liber I Paralipomenon

ron et Leuitas 15:5 de filiis Caath Vrihel princeps fuit et fratres eius centum uiginti 15:6 de filiis Merari Asaia princeps et fratres eius ducenti uiginti 15:7 de filiis Gersom Iohel princeps et fratres eius centum triginta 15:8 de filiis Elizaphan Semeias princeps et fratres eius ducenti 15:9 de filiis Hebron Elihel princeps et fratres eius octoginta 15:10 de filiis Ozihel Aminadab princeps et fratres eius centum duodecim 15:11 uocauitque Dauid Sadoc et Abiathar sacerdotes et Leuitas Vrihel Asaia Iohel Semeiam Elihel et Aminadab 15:12 et dixit ad eos uos qui estis principes familiarum leuitarum sanctificamini cum fratribus uestris et adferte arcam Domini Dei Israhel ad locum qui ei praeparatus est 15:13 ne ut a principio quia non eratis praesentes percussit nos Dominus sic et nunc fiat illicitum quid nobis agentibus 15:14 sanctificati sunt ergo sacerdotes et Leuitae ut portarent arcam Domini Dei Israhel 15:15 et tulerunt filii Leui arcam Dei sicut praeceperat Moses iuxta uerbum Domini umeris suis in uectibus 15:16 dixit quoque Dauid principibus Leuitarum ut constituerent de fratribus suis cantores in organo musicorum nablis uidelicet et lyris et cymbalis ut resonaret in excelsum sonitus laetitiae 15:17 constitueruntque Leuitas Heman filium Iohel et de fratribus eius Asaph filium Barachiae de filiis uero Merari fratribus eorum Ethan filium Casaiae 15:18 et cum eis fratres eorum in secundo ordine Zacchariam et Ben et Iazihel et Semiramoth et Iahihel et Ani Eliab et Banaia et Maasiam et Matthathiam et Eliphalu et Macheniam et Obededom et Ieihel ianitores 15:19 porro cantores Heman Asaph et Ethan in cymbalis aeneis concrepantes 15:20 Zaccharias autem et Ozihel et Semiramoth et Iahihel et Ani et Eliab et Maasias et Banaias in nablis arcana cantabant 15:21 porro Matthathias et Eliphalu et Machenias et Obededom et Ieihel et Ozaziu in citharis pro octaua canebant epinikion 15:22 Chonenias autem princeps

15:5 Of the sons of Kohath; Uriel the chief, and his brethren an hundred and twenty:

15:6 Of the sons of Merari; Asaiah the chief, and his brethren two hundred and twenty:

15:7 Of the sons of Gershom; Joel the chief and his brethren an hundred and thirty:

15:8 Of the sons of Elizaphan; Shemaiah the chief, and his brethren two hundred:

15:9 Of the sons of Hebron; Eliel the chief, and his brethren fourscore:

15:10 Of the sons of Uzziel; Amminadab the chief, and his brethren an hundred and twelve.

15:11 And David called for Zadok and Abiathar the priests, and for the Levites, for Uriel, Asaiah, and Joel, Shemaiah, and Eliel, and Amminadab,

15:12 And said unto them, Ye are the chief of the fathers of the Levites: sanctify yourselves, both ye and your brethren, that ye may bring up the ark of the LORD God of Israel unto the place that I have prepared for it.

15:13 For because ye did it not at the first, the LORD our God made a breach upon us, for that we sought him not after the due order.

15:14 So the priests and the Levites sanctified themselves to bring up the ark of the LORD God of Israel.

15:15 And the children of the Levites bare the ark of God upon their shoulders with the staves thereon, as Moses commanded according to the word of the LORD.

15:16 And David spake to the chief of the Levites to appoint their brethren to be the singers with instruments of music, psalteries and harps and cymbals, sounding, by lifting up the voice with joy.

15:17 So the Levites appointed Heman the son of Joel; and of his brethren, Asaph the son of Berechiah; and of the sons of Merari their brethren, Ethan the son of Kushaiah;

15:18 And with them their brethren of the second degree, Zechariah, Ben, and Jaaziel, and Shemiramoth, and Jehiel, and Unni, Eliab, and Benaiah, and Maaseiah, and Matthithiah, and Elipheleh, and Mikneiah, and Obededom, and Jeiel, the porters.

15:19 So the singers, Heman, Asaph, and Ethan, were appointed to sound with cymbals of brass;

15:20 And Zechariah, and Aziel, and Shemiramoth, and Jehiel, and Unni, and Eliab, and Maaseiah, and Benaiah, with psalteries on Alamoth;

15:21 And Matthithiah, and Elipheleh, and Mikneiah, and Obededom, and Jeiel, and Azaziah, with harps on the Sheminiith to excel.

15:22 And Chenaniah, chief of the Levites, was for song: he instructed about the song, because he was skilful.

Biblia Sacra Vulgata

15:23 And Berechiah and Elkanah were doorkeepers for the ark.

15:24 And Shebaniah, and Jehoshaphat, and Nethaneel, and Amasai, and Zechariah, and Benaiah, and Eliezer, the priests, did blow with the trumpets before the ark of God: and Obedom and Jehiah were doorkeepers for the ark.

15:25 So David, and the elders of Israel, and the captains over thousands, went to bring up the ark of the covenant of the LORD out of the house of Obedom with joy.

15:26 And it came to pass, when God helped the Levites that bare the ark of the covenant of the LORD, that they offered seven bullocks and seven rams.

15:27 And David was clothed with a robe of fine linen, and all the Levites that bare the ark, and the singers, and Chenaniah the master of the song with the singers: David also had upon him an ephod of linen.

15:28 Thus all Israel brought up the ark of the covenant of the LORD with shouting, and with sound of the cornet, and with trumpets, and with cymbals, making a noise with psalteries and harps.

15:29 And it came to pass, as the ark of the covenant of the LORD came to the city of David, that Michal, the daughter of Saul looking out at a window saw king David dancing and playing: and she despised him in her heart.

16:1 So they brought the ark of God, and set it in the midst of the tent that David had pitched for it: and they offered burnt sacrifices and peace offerings before God.

16:2 And when David had made an end of offering the burnt offerings and the peace offerings, he blessed the people in the name of the LORD.

16:3 And he dealt to every one of Israel, both man and woman, to every one a loaf of bread, and a good piece of flesh, and a flagon of wine.

16:4 And he appointed certain of the Levites to minister before the ark of the LORD, and to record, and to thank and praise the LORD God of Israel:

16:5 Asaph the chief, and next to him Zechariah, Jehiel, and Shemiramoth, and Jehiel, and Matthithiah, and Eliab, and Benaiah, and Obedom: and Jehiel with psalteries and with harps; but Asaph made a sound with cymbals:

16:6 Benaiah also and Jahaziel the priests with trumpets continually before the ark of the covenant of God.

Leuitarum prophetiae praeerat ad praecinendam melodiam erat quippe ualde sapiens 15:23 et Barachias et Helcana ianitores arcae 15:24 porro Sebenias et Iosaphat et Nathanael et Amasai et Zaccharias et Banaias et Eliezer sacerdotes clangebant tubis coram arca Dei et Obedom et Ahias erant ianitores arcae 15:25 igitur Dauid et maiores natu Israhel et tribuni ierunt ad deportandam arcam foederis Domini de domo Obedom cum laetitia 15:26 cumque adiuuisset Deus Leuitas qui portabant arcam foederis Domini immolabantur septem tauri et septem arietes 15:27 porro Dauid erat indutus stola byssina et uniuersi Leuitae qui portabant arcam cantoresque et Chonenias princeps prophetiae inter cantores Dauid autem indutus erat etiam ephod lineo 15:28 uniuersusque Israhel deducebant arcam foederis Domini in iubilo et sonitu bucinae et tubis et cymbalis et nablis et citharis concrepantes 15:29 cumque peruenisset arca foederis Domini usque ad ciuitatem Dauid Michol filia Saul prospiciens per fenestram uidit regem Dauid saltantem atque ludentem et despexit eum in corde suo

16:1 adtulerunt igitur arcam Dei et constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid et obtulerunt holocausta et pacifica coram Deo 16:2 cumque conplesset Dauid offerens holocausta et pacifica benedixit populo in nomine Domini 16:3 et diuisit uniuersis per singulos a uiro usque ad mulierem tortam panis et partem assae carnis bubulae et frixam oleo similam 16:4 constituitque coram arca Domini de Leuitis qui ministrarent et recordarentur operum eius et glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israhel 16:5 Asaph principem et secundum eius Zacchariam porro Iahihel et Semiramoth et Ieihel et Matthathiam et Eliab et Banaiam et Obedom et Ieihel super organa psalterii et lyras Asaph autem ut cymbalis personaret 16:6 Banaiam uero et Azihel sacerdotes canere tuba iugiter coram arca foede-

Liber I Paralipomenon

ris Domini 16:7 in illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino Asaph et fratres eius 16:8 confitemini Domino inuocate nomen eius notas facite in populis ad inuentiones illius 16:9 canite ei et psallite et narrate omnia mirabilia eius 16:10 laudate nomen sanctum eius laetetur cor quaerentium Dominum 16:11 quaerite Dominum et uirtutem eius quaerite faciem eius semper 16:12 recordamini mirabilium eius quae fecit signorum illius et iudiciorum oris eius 16:13 semen Israhel serui eius filii Iacob electi illius 16:14 ipse Dominus Deus noster in uniuersa terra iudicia eius 16:15 recordamini in sempiternum pacti eius sermonis quem praecepit in mille generationes 16:16 quem pepigit cum Abraham et iuramenti illius cum Isaac 16:17 et constituit illud Iacob in praeceptum et Israhel in pactum sempiternum 16:18 dicens tibi dabo terram Chanaan funiculum hereditatis uestrae 16:19 cum essent pauci numero parui et coloni eius 16:20 et transierunt de gente in gentem et de regno ad populum alterum 16:21 non dimisit quemquam calumniari eos sed increpuit pro eis reges 16:22 nolite tangere christos meos et in prophetis meis nolite malignari 16:23 canite Domino omnis terra adnuntiate ex die in diem salutare eius 16:24 narrate in gentibus gloriam eius in cunctis populis mirabilia illius 16:25 quia magnus Dominus et laudabilis nimis et horribilis super omnes deos 16:26 omnes enim dii populorum idola Dominus autem caelos fecit 16:27 confessio et magnificentia coram eo fortitudo et gaudium in loco eius 16:28 adferte Domino familiae populorum adferte Domino gloriam et imperium 16:29 date Domino gloriam nomini eius leuate sacrificium et uenite in conspectu eius et adorate Dominum in decore sancto 16:30 commoueatur a facie illius omnis terra ipse enim fundauit orbem immobilem 16:31 laetentur caeli et exultet terra et dicant in nationibus Dominus regnauit 16:32 tonet mare et plenitudo eius

16:7 Then on that day David delivered first this psalm to thank the LORD into the hand of Asaph and his brethren.

16:8 Give thanks unto the LORD, call upon his name, make known his deeds among the people.

16:9 Sing unto him, sing psalms unto him, talk ye of all his wondrous works.

16:10 Glory ye in his holy name: let the heart of them rejoice that seek the LORD.

16:11 Seek the LORD and his strength, seek his face continually.

16:12 Remember his marvellous works that he hath done, his wonders, and the judgments of his mouth;

16:13 O ye seed of Israel his servant, ye children of Jacob, his chosen ones.

16:14 He is the LORD our God; his judgments are in all the earth.

16:15 Be ye mindful always of his covenant; the word which he commanded to a thousand generations;

16:16 Even of the covenant which he made with Abraham, and of his oath unto Isaac;

16:17 And hath confirmed the same to Jacob for a law, and to Israel for an everlasting covenant,

16:18 Saying, Unto thee will I give the land of Canaan, the lot of your inheritance;

16:19 When ye were but few, even a few, and strangers in it.

16:20 And when they went from nation to nation, and from one kingdom to another people;

16:21 He suffered no man to do them wrong; yea, he reproveth kings for their sakes,

16:22 Saying, Touch not mine anointed, and do my prophets no harm.

16:23 Sing unto the LORD, all the earth; shew forth from day to day his salvation.

16:24 Declare his glory among the heathen; his marvellous works among all nations.

16:25 For great is the LORD, and greatly to be praised: he also is to be feared above all gods.

16:26 For all the gods of the people are idols: but the LORD made the heavens.

16:27 Glory and honour are in his presence; strength and gladness are in his place.

16:28 Give unto the LORD, ye kindreds of the people, give unto the LORD glory and strength.

16:29 Give unto the LORD the glory due unto his name: bring an offering, and come before him: worship the LORD in the beauty of holiness.

16:30 Fear before him, all the earth: the world also shall be stable, that it be not moved.

16:31 Let the heavens be glad, and let the earth rejoice: and let men say among the nations, The LORD reigneth.

16:32 Let the sea roar, and the fulness thereof: let the fields rejoice, and all that is therein.

Biblia Sacra Vulgata

16:33 Then shall the trees of the wood sing out at the presence of the LORD, because he cometh to judge the earth.

16:34 O give thanks unto the LORD; for he is good; for his mercy endureth for ever.

16:35 And say ye, Save us, O God of our salvation, and gather us together, and deliver us from the heathen, that we may give thanks to thy holy name, and glory in thy praise.

16:36 Blessed be the LORD God of Israel for ever and ever. And all the people said, Amen, and praised the LORD.

16:37 So he left there before the ark of the covenant of the LORD Asaph and his brethren, to minister before the ark continually, as every day's work required:

16:38 And Obededom with their brethren, threescore and eight; Obededom also the son of Jeduthun and Hosah to be porters:

16:39 And Zadok the priest, and his brethren the priests, before the tabernacle of the LORD in the high place that was at Gibeon,

16:40 To offer burnt offerings unto the LORD upon the altar of the burnt offering continually morning and evening, and to do according to all that is written in the law of the LORD, which he commanded Israel;

16:41 And with them Heman and Jeduthun, and the rest that were chosen, who were expressed by name, to give thanks to the LORD, because his mercy endureth for ever;

16:42 And with them Heman and Jeduthun with trumpets and cymbals for those that should make a sound, and with musical instruments of God. And the sons of Jeduthun were porters.

16:43 And all the people departed every man to his house: and David returned to bless his house.

17:1 Now it came to pass, as David sat in his house, that David said to Nathan the prophet, Lo, I dwell in an house of cedars, but the ark of the covenant of the LORD remaineth under curtains.

17:2 Then Nathan said unto David, Do all that is in thine heart; for God is with thee.

17:3 And it came to pass the same night, that the word of God came to Nathan, saying,

17:4 Go and tell David my servant, Thus saith the LORD, Thou shalt not build me an house to dwell in:

17:5 For I have not dwelt in an house since the day that I brought up Israel unto this day; but have gone from tent to tent, and from one tabernacle to another.

exultent agri et omnia quae in eis sunt 16:33 tunc laudabunt ligna saltus coram Domino quia uenit iudicare terram 16:34 confitemini Domino quoniam bonus quoniam in aeternum misericordia eius 16:35 et dicite salua nos Deus saluator noster et congrega nos et erue de gentibus ut confiteamur nomini sancto tuo et exulemus in carminibus tuis 16:36 benedictus Dominus Deus Israhel ab aeterno usque in aeternum et dicat omnis populus amen et hymnus Domino 16:37 dereliquit itaque ibi coram arca foederis Domini Asaph et fratres eius ut ministrarent in conspectu arcae iugiter per singulos dies et uices suas 16:38 porro Obededom et fratres eius sexaginta octo et Obededom filium Idithun et Osa constituit ianitores 16:39 Sadoc autem sacerdotem et fratres illius sacerdotes coram tabernaculo Domini in excelso quod erat in Gabaon 16:40 ut offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis iugiter mane et uespere iuxta omnia quae scripta sunt in lege Domini quam praecepit Israheli 16:41 et post eum Heman et Idithun et reliquos electos unumquemque uocabulo suo ad confitendum Domino quoniam in aeternum misericordia eius 16:42 Heman quoque et Idithun canentes tuba et quatientes cymbala et omnia musicorum organa ad canendum Deo filios autem Idithun fecit esse portarios 16:43 reuersusque est omnis populus in domum suam et Dauid ut benediceret etiam domui suae

17:1 cum autem habitaret Dauid in domo sua dixit ad Nathan prophetam ecce ego habito in domo cedrina arca autem foederis Domini sub pellibus est 17:2 et ait Nathan ad Dauid omnia quae in corde tuo sunt fac Deus enim tecum est 17:3 igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan dicens 17:4 uade et loquere Dauid seruo meo haec dicit Dominus non aedificabis tu mihi domum ad habitandum 17:5 neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israhel usque ad hanc diem sed fui semper mutans loca tabernaculi et

Liber I Paralipomenon

in tentorio 17:6 manens cum omni Israhel numquid locutus sum saltim uni iudicum Israhel quibus praeceperam ut pascere populum meum et dixi quare non aedificastis mihi domum cedrinam 17:7 nunc itaque sic loqueris ad seruum meum Daud haec dicit Dominus exercituum ego tuli te cum in pascuis sequeris gregem ut esses dux populi mei Israhel 17:8 et fui tecum quocumque perrexisti et interfeci omnes inimicos tuos coram te fecique tibi nomen quasi unius magnorum qui celebrantur in terra 17:9 et dedi locum populo meo Israhel plantabitur et habitabit in eo et ultra non commouebitur nec filii iniquitatis adterent eos sicut a principio 17:10 ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israhel et humiliavi uniuersos inimicos tuos adnuntio ergo tibi quod aedificaturus sit domum tibi Dominus 17:11 cumque impleueris dies tuos ut uadas ad patres tuos suscitabo semen tuum post te quod erit de filiis tuis et stabiliam regnum eius 17:12 ipse aedificabit mihi domum et firmabo solium eius usque in aeternum 17:13 ego ero ei in patrem et ipse erit mihi in filium et misericordiam meam non auferam ab eo sicut abstuli ab eo qui ante te fuit 17:14 et statuam eum in domo mea et in regno meo usque in sempiternum et thronus eius erit firmissimus in perpetuum 17:15 iuxta omnia uerba haec et iuxta uniuersam uisionem istam sic locutus est Nathan ad Daud 17:16 cumque uenisset rex Daud et sedisset coram Domino dixit quis ego sum Domine Deus et quae domus mea ut praestares mihi talia 17:17 sed et hoc parum uisum est in conspectu tuo ideoque locutus es super domum serui tui etiam in futurum et fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus meus 17:18 quid ultra addere potest Daud cum ita glorificaueris seruum tuum et cognoueris eum 17:19 Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc et nota esse uoluisti uniuersa magnalia 17:20 Domine non est similis tui et non est alius

17:6 Wheresoever I have walked with all Israel, spake I a word to any of the judges of Israel, whom I commanded to feed my people, saying, Why have ye not built me an house of cedars?

17:7 Now therefore thus shalt thou say unto my servant David, Thus saith the LORD of hosts, I took thee from the sheepcote, even from following the sheep, that thou shouldst be ruler over my people Israel:

17:8 And I have been with thee whithersoever thou hast walked, and have cut off all thine enemies from before thee, and have made thee a name like the name of the great men that are in the earth.

17:9 Also I will ordain a place for my people Israel, and will plant them, and they shall dwell in their place, and shall be moved no more; neither shall the children of wickedness waste them any more, as at the beginning.

17:10 And since the time that I commanded judges to be over my people Israel. Moreover I will subdue all thine enemies. Furthermore I tell thee that the LORD will build thee an house.

17:11 And it shall come to pass, when thy days be expired that thou must go to be with thy fathers, that I will raise up thy seed after thee, which shall be of thy sons; and I will establish his kingdom.

17:12 He shall build me an house, and I will stablish his throne for ever.

17:13 I will be his father, and he shall be my son: and I will not take my mercy away from him, as I took it from him that was before thee:

17:14 But I will settle him in mine house and in my kingdom for ever: and his throne shall be established for evermore.

17:15 According to all these words, and according to all this vision, so did Nathan speak unto David.

17:16 And David the king came and sat before the LORD, and said, Who am I, O LORD God, and what is mine house, that thou hast brought me hitherto?

17:17 And yet this was a small thing in thine eyes, O God: for thou hast also spoken of thy servant's house for a great while to come, and hast regarded me according to the estate of a man of high degree, O LORD God.

17:18 What can David speak more to thee for the honour of thy servant? for thou knowest thy servant.

17:19 O LORD, for thy servant's sake, and according to thine own heart, hast thou done all this greatness, in making known all these great things.

17:20 O LORD, there is none like thee, neither is there any God beside thee, according to all that we have heard with our ears.

Biblia Sacra Vulgata

17:21 And what one nation in the earth is like thy people Israel, whom God went to redeem to be his own people, to make thee a name of greatness and terrible, by driving out nations from before thy people whom thou hast redeemed out of Egypt?

17:22 For thy people Israel didst thou make thine own people for ever; and thou, LORD, becamest their God.

17:23 Therefore now, LORD, let the thing that thou hast spoken concerning thy servant and concerning his house be established for ever, and do as thou hast said.

17:24 Let it even be established, that thy name may be magnified for ever, saying, The LORD of hosts is the God of Israel, even a God to Israel: and let the house of David thy servant be established before thee.

17:25 For thou, O my God, hast told thy servant that thou wilt build him an house: therefore thy servant hath found in his heart to pray before thee.

17:26 And now, LORD, thou art God, and hast promised this goodness unto thy servant:

17:27 Now therefore let it please thee to bless the house of thy servant, that it may be before thee for ever: for thou blessest, O LORD, and it shall be blessed for ever.

18:1 Now after this it came to pass, that David smote the Philistines, and subdued them, and took Gath and her towns out of the hand of the Philistines.

18:2 And he smote Moab; and the Moabites became David's servants, and brought gifts.

18:3 And David smote Hadarezer king of Zobah unto Hamath, as he went to establish his dominion by the river Euphrates.

18:4 And David took from him a thousand chariots, and seven thousand horsemen, and twenty thousand footmen: David also houghed all the chariot horses, but reserved of them an hundred chariots.

18:5 And when the Syrians of Damascus came to help Hadarezer king of Zobah, David slew of the Syrians two and twenty thousand men.

18:6 Then David put garrisons in Syriadamascus; and the Syrians became David's servants, and brought gifts. Thus the LORD preserved David whithersoever he went.

18:7 And David took the shields of gold that were on the servants of Hadarezer, and brought them to Jerusalem.

deus absque te ex omnibus quos audiimus auribus nostris
